

65A

1. (C) Anno ab i(n)carnatio(n)e D(omi)ni .MCLXIII., indic
2. tio(n)e .XII., die lune q(ui) fuit .XI.^{m(us)} dies madii. Con
3. stat nos Sali(n)guerra(m) et Suppone(m) filios q(u)onda(m) Ardovini acce
4. pisse a te do(m)no Blasio de monasterio Cleravalle(n)si abate
5. quod scitu(m)^a e(st) iuxta flum(en) Flastre dece(m) libras Luce(n)sium
6. finito p(re)tio sicuti int(er) nos co(n)venim(us) de medietate Surec
7. ciani silve^b et de uno sedimine mole(n)dini q(uo)d nob(is) reservavim(us) q(u)an
8. do aliud quod ibi habuim(us) vob(is) dedim(us) et de portione n(ost)ra toti(us)
9. curie q(ue) Muclia vocatur, q(ue) portio d(icitu)r e(ss)e t(er)tia pars int(er) nos et Gual
10. teriu(m)^c et Tebaldu(m), et habe(n)t hos fines: a p(r)imo lat(er)e flum(en) Cle(n)tis, a
11. s(e)c(un)do flum(en) Trutica^d, a t(er)tio^e t(er)ra S(an)c(t)i Claudii, a q(u)arto canp(us)
12. Faval(is).
13. qua(m) aut(em) p(re)dicta(m) silve medietate(m) et p(re)dictu(um) sedim(en) mole(n)dini
14. et p(re)dicta(m) portione(m) curie Muclie cu(m) pascuis et silvis et cu(m) o(mn)ib(us)
15. p(s)i portioni p(er)tine(n)tib(us) vobis abati ve(n)dim(us), t(r)adim(us), co(n)ferrim(us) et
16. p(er) p(re)se(n)te(m) carta(m) co(n)firmam(us), faciendu(m) exi(n)de vos et v(est)ri successo
17. res una cu(m) superiorib(us) et i(n)feriorib(us) suis iu(r)e p(ro)p(ri)eta(r)io q(ui)cq(ui)d^f volu
18. eritis sine o(mn)i n(ost)ra n(ost)ror(um)q(ue) h(er)redu(m) c(on)tradictione. Insup(er)
19. p(ro)mittim(us)
20. p(er) nos et p(er) n(ost)ros h(er)re des vob(is) et v(est)ris successorib(us)^g p(re)dicta om(n)ia
21. defen
22. dere; quod si defendere n(on) potuerim(us) aut noluerim(us) (ve)l si
23. aliq(ui)d subt(r)ahere q(ue)sierim(us) t(un)c p(ro)mittim(us) p(er) nos et p(er) n(ost)ros
24. h(er)re des co(m)po
25. nere om(n)ia p(re)dicta in duplu(m) sicut p(ro) t(em)p(or)e eri(n)t meliorata
26. aut valuerit in similib(us) locis.
27. ## Si(n)gna p(ro) manib(us) is(crip)tor(um) ve(n)ditor(um) q(ui) ha(n)c carta(m) fieri
28. rogaverunt.
29. #### Si(n)gna p(ro) manib(us) Todini Petri, Albrici atq(ue)
30. Berardi^h Actonis, Guinisii, qui int(er)fu(er)unt) rogati testes.
31. (SN) Ego Iugurtaⁱ nota(r)ius int(er)fui et rogat(us) sc(r)ibere sc(r)ipxi^l

^a Così A

^b silve aggiunto nell'interlineo dallo scrittore

^c la l nell'interlineo

^d u corretto da a

^e t(er)tio corretto da q(u)arta, con rasura di q,a; t corretta da r con aggiunta di segno abbreviativo; i corretto da a e o aggiunto nell'interlineo

^f qd in nesso

^g o corretto da e

^h ar in nesso

ⁱ Signum ~~nomini~~ ^{notaxii} costituito da due cerchi concentrici, con ego nel cerchio centrale e Iu-gur-ta scritto in senso orario nel cerchio esterno

^l Così A

65B

1164 maggio 11

Salinguerra e Suppone del fu Ardovino vendono a Biagio abate del monastero di Chiaravalle di Fiastra metà del bosco di Surrecciano, un terreno e parte di una corte detta M u c l i a, siti presso il fiume Chienti, il fiume Trutica e la terra di San Claudio in Chienti.

(C) Anno ab incarnatione Domini .MCLXIII., indictione .XII., die lune qui fuit .XI^{mus}. dies madii. Constat nos Salinguerram et Supponem filios quondam Ardovini accepisse a te domno Blasio de monasterio Cleravallensi abate, | quod scitum^a est iuxta flumen Flastre, decem libras Lucensium, | finito pretio, sicuti inter nos convenimus, de medietate Surelciani silve^b et de uno sedimine molendini quod nobis reservavimus quando aliud quod ibi habuimus vobis dedimus, et de portione nostra totius | curie que Muclia vocatur, que portio dicitur esse tertia pars inter nos et Gualterium^c et Tebaldum, et habent hos fines: a primo latere flumen Clentis, a | secundo flumen Trutica^d, a tertio^e terra Sancti Claudii, a quarto campus Faval(is); | quam autem predictam silve medietatem et predictum sedimen molendini | et predictam portionem curie Muclie cum pascuis et silvis et cum omnibus | ipsi portioni pertinentibus vobis abati vendimus, tradimus, conferrimus et | per presentem cartam confirmamus faciendum exinde vos et vestri successores una cum superioribus et inferioribus suis iure proprietario quicquid^f volueritis sine omni nostra nostrorumque | heredum contradictione. Insuper promittimus | per nos et per nostros heredes vobis et vestris successoribus^g predicta omnia defendere; quod si defendere non potuerimus aut noluerimus, vel si | aliquid subtrahere quesierimus, tunc promittimus per nos et per nostros heredes compolnere omnia predicta in duplum, sicut pro tempore erint meliorata aut valuerit in similibus locis.

Singna pro manibus is(crip)tor(um) venditorum qui hanc cartam fieri | rogaverunt.

Singna pro manibus Todini Petri, Albrici atque | Berardi^h Actonis, Guinisii, qui interfuerunt rogati testes.

(SN) Ego Iugurtaⁱ notarius interfui et rogatus scribere scripxi.^l

^a Così A

^b silve aggiunto nell'interlineo dallo scrittore

^c la | nell'interlineo

^d u corretto da a

^e t(er)tio corretto da q(u)arta, con rasura di q,a; t corretta da r con aggiunta di segno abbreviativo; i corretto da a e o aggiunto nell'interlineo

^f qd in nesso

^g o corretto da e

^h ar in nesso

^l Signum ^{notarii} ~~nomini~~ costituito da due cerchi concentrici, con ego nel cerchio centrale e Iu-gur-ta scritto in senso orario nel cerchio esterno

^l Così A